

Beihef
2

S 126

1295 (1294) März 17.

[73]

Bischof Everhard von Münster bekundet, daß Otto, Sohn des Herrn Bernard von Ahaus, in die Übergabe des Erbes Wissinck, kpl. Ochtrup, an Margarethe, Frau des Dietrich von Lire eingewilligt habe.

Everhardus, Dei gratia Monasteriensis episcopus, universis praesentia visuris salutem et cognoscere veritatem. Noveritis, quod constituti propter hoc in nostra praesentia Otto, filius nobilis viri Bernardi domini de Ahus militis, et Margareta eius uxor legitima recognoverunt et confessi sunt, se collationem seu traditionem domus dictae Wissinck, sitae in parochia Ogtorpe, cum omnibus attinenciis et juribus ipsius factam Margarete, uxori legitimae Theoderici dicti de Lere militis, per praefatum Theodericum et Theodericum filium eiusdem, prout in instrumentis super hoc confectis plenius continetur, ratam habere et in ipsam unanimiter consentire, promittentes etiam in manus nostras, sive dicta Margareta praefatam domum Wissinck vendere voluerit sive in eleemosynam dare, se nunquam velle verbo, facto vel quocunque in contrarium attentare. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Acta sunt haec praesentibus Bernardo plebano ecclesiae in Horstmare, Joanne capellano nostro, Ernesto, canonico veteris ecclesiae sancti Pauli Monasteriensis, ac Ludewico, notariis nostris; dicto domino de Ahuss, Bertholdo de Lintfelde, Hermanno de Sendene, Thoma de Detten, militibus; Theoderico de Lunne, tunc officiato nostro, et Bernardo de Asbecke, famulis ac aliis quam pluribus fide dignis, anno Domini M^oCC^o nonagesimo quarto, feria quinta ante dominicam, qua cantatur Judica.

Kopie im Barlarer Kopiar S. 119/120.

126